

## Exkommunikation des Peter Rabstein in Lubau (Hluban) und seiner Genossen auf Veranlassung des Abtes und Konventes des (ehem.) Benediktinerklosters Postelberg.<sup>1)</sup>

Mitgeteilt nach der im Raigerner Stiftsarchive erliegenden Originalurkunde von Dr. Maurus Kinter, Stiftsarchivar.

1402 September 13 Bresslau.

Leonardus de Frankensteyn prepositus et officialis Wratislaviensis, iudex et subconservator iurium, privilegiorum ac bonorum venerabilis et religiosorum virorum dominorum abbatis et conventus monasterii in Porta apostolorum ordinis sancti Benedicti Pragensis dyocesis cum infrascriptis nostris collegis cum illa clausula „quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios et cetera“ a reverendo in Christo patre et domino domino Wenceslao dei gracia episcopo Wratislaviensi iudice et conservatore principali a sede apostolica et eius auctoritate delegato subdelegatus et specialiter deputatus discretis viris dominis in Zacz, in Cadano, in Masezaw, in Podbersano, in Buzkowicz, in Lethaw, in Pssow, in Wrutek, in Magna villa, in Mor, in Lybedicz et in Luna ecclesiarum rectoribus necnon universis et singulis ecclesiarum rectoribus et eorum loca tenentibus presbiteris curatis et non curatis per civitatem et dyocesim Pragensem ubilibet constitutis, qui presentibus fuerint requisiti seu fuerit requisitus salutem in domino et mandatis nostris ymmo verius apostolicis firmiter et humiliter obedire. Literas subdelegacionum dicti domini Wenceslai dei gracia episcopi Wratislaviensis iudicis principalis ipsius vero sigillo magno aliquialiter oblonge figure de cera tam ad tergum quam ad faciem . . . in pergameni pressula sub appendenti sigillatas, salvas, sanas et integras omnique prorsus vicio et suspicione carentes nos cum ea, qua decuit reverencia recepisse noveritis. Quarum litterarum subdelegacionum tenor sequitur in hec verba:

Wenceslaus dei gracia episcopus Wratislaviensis, iudex et conservator iurium, privilegiorum ac bonorum venerabilis et religiosorum virorum dominorum abbatis et conventus monasterii in Porta apostolorum ordinis sancti Benedicti Pragensis dyocesis cum infrascriptis nostris collegis cum illa clausula „quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium se alios etc.“ a sede apostolica specialiter deputatus honorabili viro domino . . officiali nostro Wratislaviensi salutem in domino et nostris ymmo verius apostolicis humiliter obedire mandatis. Litteras sanctissimi in

<sup>1)</sup> Böhmen, Bezirk Saaz, unweit Eger, nun fürstl. Schwarzenberg'scher Besitz.

Christo patris et domini nostri domini Bonifacii divina providencia pape noni eius vera bulla plumbea cum cordula canapis more romane curie dependenti bullatas, salvas, sanas et integras omnique prorsus vicio et suspicione carentes nobis pro parte venerabilis et religiosorum virorum dominorum abbatis et conventus monasterii in Porta apostolorum ordinis sancti Benedicti Pragensis dyocesis predictorum exhibitas et presentatas nos cum ea, qua decuit reverentia, recepisse noveritis, quarum tenor principii sequitur sub hac forma: Bonifacius episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus Wratislaviensi et Meisenensi episcopis ac dilecto filio abbati monasterii Strahoviensis salutem et apostolicam benedictionem. Militanti ecclesie licet immeriti disponente domino presidentes circa curam ecclesiarum et monasteriorum omnium sollercia reddimur indefessa sollicita, ut iuxta debitum pastoralis officii . . . curramus dispendiis et profectibus divina cooperante clemencia salubriter intendamus et cetera. Tenor vero finis bulle sequitur in hec verba. Datum Rome apud Sanctum Petrum III. non. decembris pontificatus nostri anno octavo. Finis vero subdelegacionis sequitur sub hac forma. Datum Othmuchaw XXII. die mensis septembris, anno domini M<sup>o</sup>CCCC primo nostro sigillo presentibus sub appenso.

Cum validus vir Petrus dictus Rabsteyn in Hluban, Krzssso tabernator, Jacobus Jackliko, Johannes dictus Rab aliique omnes et singulariter singuli laici in villa Hluban manentes excommunicacionis aggravacionis et interdicti sentencias in eos latas ad instanciam venerabilis et religiosorum virorum dominorum abbatis et conventus monasterii in Porta apostolorum ordinis sancti Benedicti Pragensis dyocesis racione contumacie . . . onis contemptis clavibus ecclesie iam dudum sustinuerunt et adhuc easdem sustinent sentencias animis suis dampnabiliter induratis, unde vobis et cuilibet vestrum in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena quam in vos et quemlibet vestrum trium dierum canonica monicione premissa ferimus in hiis scriptis nisi feceritis quod mandamus, districte precipiendo mandantes, quatenus adhuc ex superhabundanti et peremptorie moveatis eosdem excommunicatos, ut infra octo dies a vestris monicionibus ipsis faciendis ad sancte matris ecclesie gremium redeant et se a dictis sentenciis absolvi procurent, alioquin ex nunc prout ex tunc omnem locum, ad quem dicti excommunicati pervenerint et quamdiu in ibidem moram traxerint et per duos dies integros post ipsorum de loco recessum, civitate Wratislaviensi dumtaxat excepta, ecclesiastico subicimus interdicto, in hiis scriptis vobis districtius precipiendo mandantes, quatenus huiusmodi interdictum, sic ut prefertur, servetis et ab aliis inviolabiliter servari faciatis. Datum Wratislavie die XIII. mensis septembris anno domini

millesimo quadringentesimo secundo nostro sub appendendi sigillo. In signum executionis huiusmodi nostri mandati ymmo verius apostolici presentes litteras vestris sigillis subappendentibus reddite sigillatas et certis vestris scripturis diem executionis per vos faciendis presentibus insignant.

Auf der Plica: Honorabilis domine. Ego Weczemis plebanus ecclesie in Zacz mandatum vestrum sum fideliter executus monendo dictos excommunicatos, ut ad matris sancte gremium redirent et se a dictis sententiis exsolvi procurarent publice in ecclesia infra missarum sollempnia dominica, qua cantatur da pacem.

(Orig., Perg., Siegel abgerissen, lädiert. Archiv des Klosters Raigern.)

## Das Grafengeschlecht der Mattonen

und seine religiösen Stiftungen in Franken, vornehmlich Meginaudshausen im Steigerwald und Schwarzach am Main.

Von Dr. Theodor J. Scherg, Religionslehrer an der Höheren Weiblichen Bildungsanstalt zu Aschaffenburg.

### Erstes Kapitel.

#### Die Schenkungen der Mattonen an das Kloster Fulda.

§ 1. Die Ansiedelung der Geisenheimer Grafen in Ostfranken. Ihre Spaltung in die beiden Geschlechter der Alwalahonen und Mattonen.

Zu Geisenheim am Rhein wohnte gegen Ende des 5. Jahrhunderts ein edler Graf. Als mit Beginn des 6. Jahrhunderts des Frankenkönigs Chlodwig Sohn Theodorich gegen die rechts des Rheins angesiedelten Hermunduren zu Felde zog und sie dem fränkischen Reiche unterwarf, da zog auch unser Ritter mit und kämpfte tapfer an der Seite des Königssohnes. Trug doch ein solcher Streit reichlich Ruhm und Ehre und — auch noch etwas mehr. Als nämlich die fränkischen Könige in der Folgezeit darangingen, das im Kampfe unterworfenen und politisch ihrem Reiche eingegliederte Hermundurenland auch nach Kultur und Bevölkerung sich anzupassen oder zu frankonisieren, da verfehlte es unser Graf nicht, zur rechten Zeit und am rechten Platze sich einzufinden. Wenigstens stellt er und seine Familie sich alsbald uns als begütert vor an Plätzen, die heute noch zu den besten Gegenden des Frankenlandes zählen.

So hatten sie Güter im Gozfelt (im Bogen des Maines zwischen Grafenrheinfeld bei Schweinfurt über Berggrheinfeld bis herab nach Retzbach bei Karlstadt), zu Egisleiba (= Eßleben), zu Berhtheim (= Bergtheim), zu Bleihfelt (= Ober- und Unterpleichfeld), zu Ronefeld (= Rimpar), zu Isinleiba (= Ettleben) und zu Cramfesnesta (= Gramschatz); im Werngowa (an der